

12. IN THEATRO MINORE SIVE ODEO (n. 135 Zang.).

844 [= 2241] Pompeiis in theatro minore duobus exemplis lapidis Tiburtini, quorum alterum prodiit *nel muro in aspetto della porta laterale della scena* ACTA 13 Mai. 1769 [ed. 1, 1, 232], alterum *al lato opposto nella porta della platea dell' Odeo* ACTA 29 Aug. 1794 [ed. 1, 2, 56].

C · QVINCTIVS · C · F · VALG
M · PORCIVS · M · F
DVO · VIR · DEC · DECR ·
THEATRVM · TECTVM
5 FAC · LOCAR · EIDEMQ · PROB

Descripsi et recognovi. Est in vol. I n. 1247. Amaduzzi anecdot. 2 (1773) 464; Münter *Efterretninger* 1 (1788), 103; Visconti cod. 7 f. 297 ad exemplum Piranesii; Marini cod. Vat. 9128 f. 18; Mazois IV p. 57; de Iorio p. 134 = 89; *Mus. Borb.* vol. I tab. 38; Guarini fast. ed. 1 p. 34; Fiorelli *descriz.* p. 352. Orelli 3294.

1 VALG, 3 fin. punctum nullum exemplum alterum.

C. Quinctius C. f. Valgus redit et in titulo amphitheatri n. 850 et in carmine infra edendo inter Casinatia et in Aeclanensi vol. IX n. 1140; in hoc cum nominetur filius Minatii Magii clari rebus bello Italico gestis agaturque ibi de restitutione moenium a Sulla dirutorum, probabile est omnes esse aetatis Ciceronianae. Ulterius progressus Nissenus (*Pomp. Stud.* p. 120) titulum rettulit ad ipsum a. u. c. 684; quinquennales ea aetate non creatos esse, nisi cum Romae census ageretur, unicum autem censum per hos annos actum esse anno supra scripto. Et illud quidem recte se habet, hoc secus est; nam cum census per municipia omnino toties incohatus sit, quoties Romae censores creati sunt, etiam propter census qui imperfecti manserunt a. 689. 690. 693. 699. 704 quinquennales per Italiam creati sint necesse est. De anno igitur adhuc non liquet. Odeum fecerunt C. Quinctius et M. Porcius in duoviratu, amphitheatrum in quinquennialitate; utro honore prius functi sint, certo definiri non potest (v. p. 92). — M. Porcius M. f. collega in duoviratu honoratiore L. Sextilii n. 800 ab hoc collega C. Quinctii diversus fuerit necesse est. Uter sit M. Porcius M. f., cuius est titulus sepulchralis n. 997, non liquet; nec magis constat, num recte ad alterum utrum rettulerint fragmentum n. 956, in quo est M·PORCI·DVO·VIR, quamquam litterarum forma satis antiqua huic M. Porcio omnino apta est. Denique fragmentum id, in quo Nissen *Pomp. Stud.* p. 149 deprehendit [*P*]orcii s. p., in eo vere legitur orch(estram) s. p. et pars est tituli Herculensis n. 1443. — Cf. item Nissen *Pomp. Stud.* p. 239 seq.

845 [= 2242] litteris aere incrustatis. Pompeiis in pavimento theatri minoris ACTA 14 Nov. 1793 [ed. 1, 2, 54].

M · OCVLATIVS · M · F · VERVS · II · VIR · PRO · LVDIS

Descripsi et recognovi. Marini Arv. p. 664; Vernazza (cod. reg. Taur. 59 f. 7) qui descripsit 8 Mai. a. 1806; Romanelli 1, 212; Mazois IV p. 56; de Iorio p. 134 = 89; Gell *Pomp.* 1821 p. 247; Guarini comm. VI ed. 2 p. 85, fast. ed. 1 p. 143; Avellino op. 2, 246; Zangemeister *Bull. dell' inst.* 1866 p. 30, cf. de Petra in actis acad. Neap. 1866 p. 82; Niccolini *teatri* tab. 1; Fiorelli *descriz.* p. 353. Orelli 3809.

Sic ut dedi antiqui omnes. At postquam d. 25 Mai. 1815 furto perierunt ea quae dantur inclinatis, pro OCVLATIVS moderante Bonuccio male repositum est OLCONIVS, quo cum supplemento titulus prodiit *Mus. Borb.* vol. 1 tab. 38 et apud Niccolinum l. c. Supplementum me olim decepit; rem exposuit secundum narrationem custodum Zangemeister l. c. narranteque item furtum quomodo acciderit acta Pompeiana edita I, 3 p. 277.

Idem duovir nominatur n. 955. Videtur esse aetatis remotioris, cum iure dicundo appellatio absit et in altero eius titulo *pequnia* scribatur.

13. IN AEDE ISIDIS (n. 124 Zang.) LOCISQVE VICINIS (n. 123 Zang.).

Acta 10 Mai. 1766 [ed. 1, 1, 189] sic scribunt: *Essendosi da qualche tempo trovati nel tempio d' Iside da circa 57 pezzi d'iscrizioni, scavandosi il terreno, nè potendosi combinare mettendoli insieme alcuna parola, si sono mandati a Paderni pel R. Museo.* — Terrae motus, quo prior aedes cecidit, sine dubio is fuit qui accidit a. 63; itaque aedes haec facta est paullo ante quam Pompeii perierunt. N. Popidius Amplius pater omnino pueri vel adulescentuli eius, cuius sub nomine aedes dedicata est, nominatur in apocha L. Caecilii Iucundi n. 64 anni incerti, sed aetatis Neronianae.

846 [= 2243] Pompeiis in templo Isidis *nel cortile di esso nella parte esterna sulla porta* ACTA 20 Iul. 1765 [ed. 1, 1, 174]. Extat Neapoli in museo.

N · POPIDIVS · N · F · CELSINVS
AEDEM · ISIDIS · TERRAE · MOTV · CONLAPSAM
A FVNDAMENTO · P · S · RESTITVIT · HVNC · DECVRIONES · OB LIBERALITATEM
CVM · ESSET · ANNORVM · SEXS · ORDINI · SVO · GRATIS · ADLEGERVNT

Descripsi et recognovi. Dominicus Migliacci *riflessioni sopra al tempio d' Iside nuovamente cavato, nel corrente anno 1765 di là della Torre dell' Annunziata nel luogo detto la Taverna del Rapillo nella città che si crede di Pompei* (s. l. et a. 4. pp. 36), qui inscriptionem non affert nisi Italice versam; *Nov. Fior.* 1766, 41. 213. 1767, 159 (inde Donat. 466, 13); Isid. Bianchi apud Calogerà *nuova raccolta* 15 (1767) p. 13; *mem. dell' Accad. Erc.* I, 177, ubi datur aere expressa; Björnstahl *Reisen übersetzt von Groskurd* ed. 2 Lipsiae 1780. vol. I p. 289; Guil. Hamilton *Archaeologia publ. by the soc. of antiqu.* IV (1786) p. 167; Piranesi *antiqu. de Pompei* I tab. LXX; Mazois IV, 25; Guarini comm. VIII p. 75, fast. ed. 1 p. 136, qui ineptam explicationem voc. *sexs* = sexaginta (cf. Marini Arv. p. 93) peculiari libro defendit (*valore della cifra seks*. Neapoli 1836. 8.); de Iorio p. 126 = 83; Avellino inscr. mus. Borb. p. 2 n. 4, *tempio d' Iside* p. 17 tab. 3. 5; Niccolini *tempio d' Iside* tabb. 2. 7; Fiorelli *descriz.* p. 359, cat. n. 1208. Orelli 3745.

847 [= 2244] in plintha parvae statuae Bacchi pictae et deauratae, quae rep. est Pompeiis in Isidis aede *nel muro posteriore alla cella del tempio in una nicchia* ACTA 8 Febr. 1766 [ed. 1, 1, 184]. Est Neapoli in museo inter signa marmorea.

N · POPIDIVS · AMPLIATIVS
PATER · P · S

Recognovi. Isid. Bianchi l. c. p. 25; Piranesi l. c. tab. LXXII; Mazois IV p. 26; Guarini comm. VI ed. 2 p. 49, fast. ed. 1 p. 134, *valore della cifra seks* p. 44; de Iorio p. 128 = 85; Avellino op. 2, 284, inscr. mus. Borb. p. 2 n. 3, *tempio d' Iside* p. 4. 22; Gerhard *Neap. ant. Bildw.* n. 432 p. 121; Fiorelli *descriz.* p. 360.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopo.

SEX · ATTI · L · F · MEN
EX · TESTAMENTO

ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · ER · TIS
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAS

Recognovi descriptam
a. 1877 a Stevensonio.
Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopo c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis
equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI
INNOCENTISSIMAE
FEMINAE · BATINIVS
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

Recognovi descriptam a
Stevensonio. Misit item
Barnabeus. Ediderunt
Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1878
p. 239 et denuo 1879
p. 26 et Rossius *Bull.*
cris. 1879 p. 119.

in arca:
puer vas ansa- puer
personam tum cum personam
sustinens pomis et sustinens
frondibus

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE
Q · VIX ANN LVIII M XI D XV
CORNELIVS CARPOPHORIAN
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 225; I. B. de Rossi
Bull. cris. 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA
RVFO · LICINIA · VX
VIRO · SVO · BENE · ME
ET · SIBI · VIVA · FECIT
5 HOC · MONVMENTVM
SEPVLCRVM · H · N · S

Minervinius misit accep-
tam a syndico Casolensi
Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134.

N I A E S
T a A N N I
D I E B a X
I A H

R
F M

Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 26. Misit item Bar-
nabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

/////// C I V N U //
/////// - I I I I I //
5 · 4 // / I I V S / O // E
/////// A I // / / / /

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES
ASELIES QYE VIX
IT ANNVS TRES
FFLL VINCENTIO
5 ET FRAVTO VV CC p. C. 401
CONSS

Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 208 (inde Rossi *Bull.*
cris. 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN N O M I N E X H I M
O P P I O P A V L O · D V L
C I S S I M O · F I L I O · Q V I
V I X I T · A N · V · M · X I · D · I I
5 D E P O S · V I I I · I D V S · M A I A S
P B X M P

Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 225; I. B. de Rossi
Bull. cris. 1879 p. 120.

1 in nomine Christi *Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanum n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE
PVELLHE columba X
an NVOS SEX cum ramo
olivae

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS A

Rossi *Bull. cris.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. *mus. Rhen.* 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interiusse facta eius autumnii vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 (*‘piedra viva’* Acta). 1015 (*‘piedra viva’* Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmoris n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075.